

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et  
Varietas Patitvr ...

Quas Secunda Secundæ Et Tertia Pars Divi Thomæ Complectitvr -  
Qvæstiones Insuper Ad Mores, & praxim spectantes, maximè circa  
Sacramenta, accuratè declarantur

**Carleton, Thomas Compton**

**Leodii, 1664**

Sect. V. Longè à puritate & sanctitate abest doctrina hæreticorum: ubi  
etiam de sanctitare vitæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13826**

SECTIO QUARTA.

Quoniam à Fidei Catholica puritate  
et sanctitate distent Mahometus  
dogmata.

I.  
Fabulosā  
Iudaearum  
religione  
infidelis,  
fatiida Ma-  
hometan-  
orum fera  
inspicenda.

**I**UDAEORUM ergo nugis & fabulis relictis, ad sordidam & lutulentam Mahometanorum sectam, porciisque aptiorem quam hominibus, sermonem transferamus, eamque quantum fas est, & fieri honeste potest, obiter hic ob oculos ponamus, tot enim in Alcorano illo, quem librum Scripturę loco Fideiique sue regule habent, turpia ac foeda continentur, omnique honestati contraria, ut nemo ea cogitare sine rubore, nedum referre possit. Nec mirum; cum enim Mahometes ipse, libri hujus, dogmatumque in eo contentorum auctor, profligata planevit, perditissimisque moribus fuerit, & ad omnem libidinem projectus; talis inquam cum esset, alios suo ingenio singere voluit, sibiisque reddere quam simillimos, efficerēque ut hominem exuentes in brutorum mores sordesque transirent. Sed doctrinam ejus & dogmata tantisper inspiciamus.

II.  
Fornicatio-  
nem juu-  
sū pecca-  
tum nefan-  
dam permis-  
sit Maho-  
metus.

Ad. vita  
non prona  
sanum est,  
sed praece-  
psa.

Cur Ma-  
hometis seculum  
reliquit  
Avicenna.

III.  
Yaria Ma-  
hometis fa-  
bula in Al-  
corano con-  
tentia.

In primis itaque disciplinam omnem, vivendique rationem, quam in Alcorano tradit, in obscenitate, turpitudine, spurcitate, carnisque voluptatibus fundat. Suis proinde sectatoribus non fornicationem tantum, illegitimisque hujuscemodi concubitus concedit, sed, quod horrendum dictu est, peccatum etiam nefandum seu sodomitiam liberē permittit. Imo summam hominis felicitatem, finēque ultimum in hujuscemodi voluptatibus, corporisque deliciis constituit, nec aliam suis, etiam post hanc beatitudinem promittit, eamque Optimam Deirenumerationem appellat: quod quid aliud est quam hominum mentibus faces ad libidinem supponere, eosque ad omnem turpitudinem incitare & incendere, incredibilēque morum corruptelam in Rēpublicam inducere. Ut enim ad vitium non prona tantum est sed præcepta via, quæ hac in parte ab illis expectari moderatio potest, quibus ab ipso legislatore porta ad luxuriam aperitur, stimulique insuper ad summam in hoc genere nequitiam admoventur, quis inquam interatur si in omni se turpitudinum cœno porcorum instar volent. Quia de causa Avicenna, et si Mahometis dogmatibus ac præceptis à pueri imbutis, in illa lecti anni aliquot permanueret, eam tamen postea, solo naturalis luminis ductu reliquit, quod scilicet indiguum ipsique etiam rationi contrarium ei videretur, hominis felicitatem in re tam vilia ac sordida constitutere.

Nec Mahometi sue etiam defūt fabulæ, quas in Alcorano scriptas rölikuit. Docet itaque Sollem & Lunam in luce ac splendore pares olim fuisse; dum autem, inquit, Angelus Gabriel festinantiū cœlum peteret, alas casu Lunæ affrictus, sicque lucem ejus magnâ ex parte extinxit, indéque ortam ait diei noctisque differentiam. Solem insuper singulis noctibus lavare se afferit, atque ita puriorē pulchriorē dicōne sequente se mundo resurgendo ostendere. Cœlum at ex fumo factum esse, fumum verò hunc ex vapore maris effo confectum, mare autem ex monte Kaff dicto profluere afferit, montem denique istum in Angeli manu situm effo docet, am-

plumque adeo esse ac spatiosum, ut totam terram immenso quadam ambitu circundet; tantam demum huic monti altitudinem attribuit, ut cœlum suo vortice sustentet. Angelos, ipsumque etiam Deum pro Mahomete orare afferit.

Nihil verò in hoc genere absurdius, quam fabulosum illud iter, quod se equo illi suo, quem Aborac vocat, insidentem suscepisse afferit, in quo tot ridicula ac ficta, omnēque Fidem exceedentia recenset, ut mirum sit quemquam, nisi perfecta planè frontis, & cui nulla est existimationis cura, ea voluisse referre. Quis ergo hanc procedendi viam, tot sordibus, segmentis, & mendacis scatentem, ab ullo rationis compote amplectendam existimaverit? quis si cum Fidei nostrae puritate, excellentiā, majestate eam contulerit, religionis nomen dixerit promereri? Nihil tamen his Mahometis præceptionibus ac placitis meliora, imo multo fortassis pejora sunt dogmata hæreticorum, ut jam ostendam.

IV.  
Fabulosum  
& ridicu-  
lum iter  
Mahometi.

SECTIO QUINTA.

Longe à puritate & sanctitate abest  
doctrina hereticorum: ubi etiam  
de sanctitate vita.

**Q**uisquis itaque heterodoxorum doctrinam præceptaque ad Fidem & mores spestantia animo revolverit, eos ne latum quidem unguem Mahometanis hacin parte vel Judæis cedere animadvertis. Aliis autem brevitas causā omisssis, oculos in nostri tantum temporis hæresum conficiat; quæ nihilominus hujuscemodi monstrorum, pravorum scilicet dogmatum, ad morum corruptelam vivendique libertatem & licentiam homines inducentium adeo est tecunda, utin eam, omnium ferè sæculorum colluvies, reliquāque hæresum fortes velut in sentinam conflüssisse videantur.

I.  
Hæresico-  
rum dogma-  
ta quantum  
à puritate  
doctrina Ca-  
tholica dis-  
crepant.

In primis ergo quid tam absurdum, tam stolidum, tam ab omni penitus ratione alienum, quam nobis non ineffe liberum arbitrium, sed homines pecudum ritu agi, & internā quadam vi ac naturā pondere ad quilibet rapi; quod aliud nihil est quam in scelerum omnium voragine mortales demergere, efficerēque ut nulli unquam, vel dramonis suggestioni, vel naturæ depravate appetitioni cupiditatique resistere contentur, cum ex hoc hæreticorum principio persicatum habeant, id se prestat non posse, sed ferreā quadam necessitate ad consensum pertrahendos. Huic affine est quod aiunt, divina sciencie præcepta esse observari impossibilia. Doceant insuper bona opera ad salutis, & eternaque beatitudinis adpectionem nihil conducere, imo obesse potius, viamque ad cœlum præcludere, à quibus proinde sedulū aiunt cavendum. Solam Fidem afferunt ad salutem consequendam sufficere, quam quisquis servat, quantunque se sceleribus ac flagitiis contaminet, cœlum absque omni dubitatione consequetur. Peccata omnia affirmant esse paria, ita ut æquale delictum admittat qui verbum aliquod otiosum profettet, ac qui hominem occidit, imo qui uianus sanguine etiam paterno per sumnum scelus imbuit. Quo accelerat̄ es (inquit Lutherus, qui ubique pingue quiddam & peregrinum sonat) eo Deo vicinior. Præterea, optimus orationem Domini-

II.  
Absurda  
quædam re-  
cenſentur  
heretico-  
rum placi-  
ta.

III.  
In bona ope-  
ra acriter  
inveniuntur  
scelerari.

Novus era-  
tionis Do-  
minicum  
restaurandi  
medias.

Dominicam recitandi modus est, ut varia blasphemiae, execrations, perjuria, & id genus alia articulis singulis interponantur, ut securi sumus habere nos quod dimittat Deus dum in fine, debitorum ab eo remissionem petimus. Fornicationem insuper, imo adulterium approbat hic apostata, & uxoris loco, ancille confortavit viro interdum permittit. Imo continentiam ab impudicis actibus nemini, atatis integra & roboris, nisi Deus faciat miraculum, sectarii censent esse possibilem. Tandem, ne hujus sectæ hominibus suæ etiam desinet blasphemiae, hanc inter alias nefandissimam habent, & meritò ab omnibus execrandam, Deum scilicet, non solum permittere, sed directè velle & decernere peccata omnia, quæ in dies sunt ab hominibus, imo occulta quadam vi & suggestione secretæ hominibus ad flagitia movere, mitigare & impellere: Deum proinde afferunt, verè & propriè causam & auctorem esse omnium peccatorum, utpote quo volente, jubente, prædestinante, impellente perpetratur. Hac illi, & alia his familia, qua quisquis legit, Mohometem haud dubiè rexisse existimat.

III.  
Ex hū hæ-  
ticorum do-  
ctrinæ  
guanta in-  
ter eos mo-  
rum corru-  
ptela sit con-  
fusa.

Lutherus  
Dominicæ  
primæ Ad-  
ventus.

Quid de sui  
gregis homi-  
nibus, quoad  
vita sancti-  
tatem sen-  
serit Luthe-  
rus.

Erasmus in  
Epistola ad  
Vulturinum  
Neocomum  
sectarios  
lascivit.

V.  
Conclavi-  
tur, nec  
apud ludas;

Dominicam recitandi modus est, ut varia blasphemiae, execrations, perjuria, & id genus alia articulis singulis interponantur, ut securi sumus habere nos quod dimittat Deus dum in fine, debitorum ab eo remissionem petimus. Fornicationem insuper, imo adulterium approbat hic apostata, & uxoris loco, ancille confortavit viro interdum permittit. Imo continentiam ab impudicis actibus nemini, atatis integra & roboris, nisi Deus faciat miraculum, sectarii censent esse possibilem. Tandem, ne hujus sectæ hominibus suæ etiam desinet blasphemiae, hanc inter alias nefandissimam habent, & meritò ab omnibus execrandam, Deum scilicet, non solum permittere, sed directè velle & decernere peccata omnia, quæ in dies sunt ab hominibus, imo occulta quadam vi & suggestione secretæ hominibus ad flagitia movere, mitigare & impellere: Deum proinde afferunt, verè & propriè causam & auctorem esse omnium peccatorum, utpote quo volente, jubente, prædestinante, impellente perpetratur. Hac illi, & alia his familia, qua quisquis legit, Mohometem haud dubiè rexisse existimat.

Quis itaque non videt inter sectarios, apud quos hujusmodi vident dogmata, nullam reperiri sanctitatem posse, cum cuncta ad libertatem & licentiam tendant, hominesque ad libidinem, luxuriam, & omne flagitorum genus impellant. Hinc non multis postquam hac lecta emerit annis, qui eam amplectebantur, disciplina hujus ductu corruptis adeo depravatisque erant moribus, ut apud omnes maximè infames essent, ejusque in qua vivebant Reipublicæ dedecus & probrum haberentur. Sed Lutherum de suo grege ac doctrinæ hac in parte loquenter audiamus:

Mundus, inquit, ex hac doctrinæ in dies deterior evadit: quod pessimi demoni opus & negotium est. Enim vero videmus, quod hoc tempore homines sint magis avari, immisericordes, impudici, proaces, adeoq; deteriores, quam antea in Papatu fuerunt. In sermonibus etiam conviv. Germanicis, inter alia sic habet: Post revelationum Evangelium virtus est occisa, justitia oppressa, temperantia ligata, veritas a canibus dilacerata, fides clausa, nequitia quotidiana, devotio pulsæ, &c. Primarius etiam quidam Lutheri discipulus, miserum eorum statum, qui novi hujus Evangelii doctrinam amplectebantur, suorum scilicet sodalium deplorans, de iis eorumque vivendi ratione sic scribit: Ut, inquit, totus mundus agnoscat eos non esse Papistas, nec boni operibus quicquam fidere, illorum operum nullum penitus exercent. Iejunii loco, commissariis & portationibus nocte dieq; vacant. Vbi pauperibus benignè facere oportebat, eos deglubunt & excoriant. Precationes vertunt in juramenta, blasphemias, & divini nominis execrations, idq; tam perdite, ut Christus ne ab ipsis quidem Turcs hodie tantopere blasphemetur.

Hinc Erasmus, eti hujus sectæ hominibus nimium favorit, multisque ex eorum erroribus dederit occasionem, de iis loquens, sic habet: Profer mihi, quem istud Evangelium ex commissariis sobrium, ex feroci mansuetum, ex rapaci liberali, ex maledico benedicum, ex impudico reddideris recundum. Ego tibi multos ostendam, qui facti sunt seipso detiores.

Cum ergo nota veræ Ecclesiæ sint doctrinæ & vita sanctitas, certum omnino est, nec apud Judæos, nec Mahometanos, nec hæreticos veram posse reperi Ecclesiæ. Et licet inter Catholi-

co etiam, multi sint vite non usque adeo perfe- nec Maho-  
ctæ, imo qui variis sè penumero peccatis crimi- metanos,  
nec hæreti-  
cos esse posse  
veram Ec-  
clesiam.

Tetrima  
sectorum  
blasphemias.

Necesse est  
corruptaque natura propensioni morem gerant, siue innumeris fere im-  
plicant seculibus. Hoc tamen Catholicæ Ecclesie veritati non obstat, cum Christus ipse triticum unum cum zizaniis, adeoque bonos cum malis permixtum iri prædixerit: nullus nimirum locus tam sanctus est, in quo mali non reperian- dum non  
reperianur.

Jure itaque doctrinæ puritas & sanctitas nota est vera Fidei, & inter præcipua motiva credibili-  
tatis enumeranda, nostræque Ecclesie apprimè congruit, utpote in quâ nihil peregrinum, nihil exoticum, nihil non rationi summè consentaneum, nihil denique quod pietatem & sanctitatem non spiret reperitur. Est nimirum usque-  
quaque sancta, sancta capite, sancta sposo, sancta lege, sancta doctrinæ, sancta moribus, & vel hinc ab omni heterodoxorum sectæ evidentissime discernitur.

## SECTIO SEXTA.

Miraculorum perpetratio Ecclesiæ  
in qua fuit, ostendit esse  
veram.

I.  
TERTIUM quod doctrinam aliquam reddit  
evidenter credibilem, est gloria miraculo-  
rum: illa siquidem Fides jure meritisimo vera,  
& ab omnibus amplectenda censetur, ad quam firmandam, stabiliendamque miranda plurima vim omnem naturalem superantia patruntur. Hinc Christus Matth. c. II. duobus illis discipulis à Joanne missis sufficiens doctrinæ suæ testimoniūm dedisse se existimat, dum miracula à se perpetrata iis in memoriam reduxit, & quædam illis etiam spectantibus patravit: Euntes, inquit, renunciate Ioanni que andis & vidisti; ceci vident, claudi ambulant, &c. Marci etiam ultimo in eadem rem dicitur: Domino cooperante, & sermo-  
nem confirmante sequentibus signis.

Ratio autem est, miraculum siquidem, ut ait S. Chrysostomus homil. 14. in Matth. est pignus quoddam omnipotentis divine, & proprium opus ejus, ac veluti sigillum quo veritatem aliquam obsig-  
nare solet tanquam a se dictam ac traditam: Deus quippe, teste S. Augustino epist. 49, quæst. 6. mirabilibus operibus loquitur: unde quicquid per hujusmodi opera, vim omnem naturæ superantia, confirmatur, evidenter redditur credibile, maxi-  
mique dignum cui Fides tanquam rei à Deo dicta habeatur. Quare summa illos obstinatio-  
nis & pervicacia arguit Christus, qui tot visis in confirmationem doctrinæ ejus factis miraculis, illam nihilominus non sunt fecuti. Sic Joan. c. 25. v. 24. Si, inquit, opera non fecissim in eis, que, nemo alijs fecit, peccatum non haberent: nunc au-  
tem & viderunt, & oderunt & me, & Patrem meum. Quod indicium est doctrinam illam, in cuius confirmationem miracula & prodigia fuit, per ea reddi evidenter credibilem.

At vero